



*Et* *decim* haecenus Programmata in *Angelorum naturam & proprietatem* tractavi, nec pigebit tamen hac ipsa iterum vice ad eandem regredi. Tecum verò agam, mea pubes, & doctrinam de *Bonis Angelis* concinnà methodo à non in celebri Do-

ctore publico ὑπὸ μίαν ὄψιν tibi subjiciam. Notes ergò, velim,

Angelorum bonorum *definitionem, numerum seu quantitatem,*

I. *qualitatem, ordinem, apparitionem & officium.* Angeli boni sunt *spiritus à DEO creati, qui in bonitate & veritate primè vā perstiterunt, & jam in eād. confirmati aeternā beatitudine fruuntur, Deum*

*glorificando, eiq; & hominibus ministrando.* Habes heic Angelo-

rum bonorum *ortum* honorabilem, *progressum* laudabilem, *egressum* immutabilem. Probant hoc bonorum angelorum sin-

gularis *appellatio*, quando dicuntur electi *I. Tim. V, 21: perpetua*

*& constans divine voluntatis impletio* *Matth. VI, 10: Psal. CIII, 20: 21.*

*perpetua beatitudinis fruitio* *Matth. XIX: eorumdemq; & homi-*

II. *num beatorum conformatio* *c. XXII, 30.* Numerus angelorum bo-

num *finitus* est atque *certus* ratione Dei constituentis & cogno-

rus. *scientis: Uti enim dinumerat stellas* *Psal. CXLVII, 4: Jes. XL, 26:*

*sic etiam recenset & digitotenus novit has angelicas subsistenti-*

*as. Infinitus verò est & incertus nobis, finitò intellectu præditis,*

*quod testatur Jacob Patriarcha* *Gen. XXXII, 1: 2.* Daniel Prophe-

ta *c. VII, 11.* Christus natus *Luc. II, 13: & passurus* *Matth. XXVI, 53. &*

III. *B. Paulus Apostolus* *Ebraeor. XII, 22.* Qualitates Angelorum

bonorum sunt *Sapientia & Potentia: illa est Naturalis, Experimen-*

Quali- *talis, Acquisita* (quæ malis quoque angelis communes sunt cum

tas. *bonis) & Beatifica, consistens in gloriosā Dei contemplatione &*

*cœlestis gaudij in æternum duraturi fruitione.* Potentia eorum

manifesta fit, tum *ex titulò*, quia appellantur Angeli potentia

divina *II. Thes. I, 7: τῆς δυναμὸς αὐτῶν:* tum *ex exercitio* ex sacra hi-

storiam probatò. Unus Angelus unā nocte omnes primogenitos

in